



Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Quod neganda sit accusatis licentia criminandi, priusquam se crimine
exuerint, & familiaribus atque sponte confessis, & his qui histerno aut
perendie, aut ante fuerunt inimici. clxiii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

Richuvinum episcopum qui contra sanctorum cano-
num sanctiones Strazburgensem Ecclesiam inuasit, *De syno- do apud Altheim habita. cap. 10.*
quam ad sanctam synodum per literas nostras inuitauimus, & venire contemnens, nec vicarium suum misit, autoritate sancti Petri, ego Ioannes vicarius apostolici, ex praecepto sanctae praesentis synodi iniungendo vocamus iterum, & praecipimus quatenus ad concilium, id est, May Moguntiae indictum a Metropolitano episcopo suo, ad praesentiam venerabilis Herigeri archiepiscopi & confratrum suorum veniat, suae inobedientiae & peruersitatis ibidem iustam rationem redditurus. Sin autem negligenter & hoc agere paruipenderit, abstineat se a proprio gradu, donec Romam veniens, coram domino papa, & sancta Ecclesia reddat rationem.

Qui primates sint, qui Metropolitanani.
Caput. CLXIII.

Primates illi & non alij sint, quam qui in Nicæna synodo sunt constituti. Reliqui verò, qui metropoles tenent sedes, archiepiscopi vocantur & non primates: salua in omnibus apostolicae sedis dignitate, quae ei ab ipso domino est concessa, & postea a sanctis patribus roborata. *Ex cap. concil. Niceni, quae addita sunt a Felice papa.*

Quod neganda sit accusatis licentia criminandi priusquam se crimine exuerint, & familiaribus atque sponte confessis, & qui hesternodie, aut perendie, aut ante fuerunt inimici.

Caput. CLXIII.

ET neganda est accusatis licentia criminandi priusquam se crimine quo premuntur exuerint: quia non est credendum contra alios eorum confessioni qui criminibus implicati sunt, nisi se prius probauerint innocentes: quoniam periculosa est, & admitti non debet rei aduersus quemcunque confessio. Familiares verò & sponte confessi, atque sceleribus irretiti, non debent admitti, nec hi, qui hesternodie aut perendie, aut antè fuerunt inimici. *Ex decret. Stephani papae omnibus episcopis missis, ca. 11.*

De criminationibus aduersus doctores non suscipiendis, & de peregrinis iudiciis. Cap. CLXV.

ET licet haec possit generaliter dicta sufficere, ut vel declinemus errata vel custodiamus catholica: ab apostolis *Eusebii pap. c. 17*